



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VII. Magno delectu ad artium liberalium, & scientiarum studia
admittendos esse discipulos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

autem, & figuram, & morem, qui apparet in facie, secundum similitudines accipit.

Et cap. 6. Qui crassa labia habent, & superius prominent fatui sunt. Et oi τὸ μέτωπον μικρὸν ἔχοντες ἀμαθείς. Qui parua fronte sunt indociles sunt.

Et qui supercilia habent ad tempora tendentia, fatui sunt.

§. 2. Animi affectiones, talibus corporum lineamentis indicantur, sæpe tamen ratio fallit, si experientiam spectes, nec signa illa vilius momēti sunt, nisi in vnum omnia conueniant.

Itaque est anceps illa, & frequenter iniuriosa, ingeniorum estimatio. Multorum καὶ αἰσθητικὰ καὶ λογιστικὰ ἀλλὰ ἐγκύβητος ἐκ ἐχθρῶν. Puchella capita, sed absq. cerebello. Membrorum concinnitatem, coloris suauitatem, mollitudinem carnis, musculorum forositate non temper ingenia sequuntur. In Æsopi, & Galbæ corpore pessime habitabit excellens ingenium. Faretur quidem Salomon Sap. 8. 19. Πᾶς τις ἡμεῶν ἐν φρεσὶ, ψυχῆς τὸ ἐλάττω ἀγαθὸν. μᾶλλον δὲ ἀγαθὸς ὢν ἢ δοῦν εἰς σῶμα ἀμείων. Puer autem eram ingeniosus & sortitus sum animam bonam, & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum. Iungit corporis habitudinem, cum animæ bonitate, quia fere iuncta sunt. Sed caput tamen sapientie, in diuina bonitate repositum esse agnoscit. Ideoque cap. 9. 4. sic orat: Da mihi sedum tuarum asistricem sapientia, & noli me reprobare a pueris tuis. His igitur vtetur signis quidem, qui de ingenio adolecentum iudicaturus est, sed ita vt non in illis nihil, neque omnia posita arbitretur. Alia ergo signa adhibebit; Memoriam explorabit, modum agendi, & industriam considerabit, an cito dicta percipiat, an ratio cinetur, aduertat. Multa in vñ domestico, etiam in lusu, & recreatione notantur. Si ad inopinata, & acuta dicta ardet, si res arte factas, nouaque admittit, & quærit; si facile ea, quæ videt, imitatur. Non sufficere quancunq. phytlogomones cognitionem, & ἰδιόκετος inspectionē optimus ingeniorum estimator docet Senec. Ep. 66. Clarum cum discipulum meum vidi, post multos annos, non puto expectas, vt adiciam senem: sed mehercules viridem animo, ac vigentem, & cum corpusculo suo colluctantem. Inique enim se natura gessit, & talem animum male collocauit: aut fortasse voluit hoc ipsum nobis ostendere, posse ingenium fortissimum, ac beatissimum sub qualibet cute latere. Vixit tamen omnia impedimenta: & ad cetera contemnenda, a contemptu sui venit. Errare mihi visus est qui dixit;

Gratior est pulchro veni, nō ē corpore virtus.

nullo enim honestamento eger ipsa: & magnus sui decus est, & corpus suum conseruat. Certe Clarum nāstrum, capi intrueri formosus mihi videtur, & tam rectus corpore, quam est animo. Potest ex casa vir magnus exire: potest & ex deformi, humilique corpusculo, formosus animus, ac magnus. Quosdam itaque videtur mihi in hoc natura tales generare, vt approbet virtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos, fecisset, nunc, quod amplius est, facit: quosdam enim edit, corporibus impeditos, sed nihilominus perrumpentes obstantia. Clarus mihi videtur in exemplar editus: vt scire possemus, non deformitate corporis sedari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari.

Vultus saepe fallit.

Et Senecæ consentit Rhodiginus, lib. 3. lectionum antiquarum cap. 12. Quæ autem de affectionibus humorum quatuor adnotauimus, scire oportet, non videri ea omnino perpetua, est enim vbi sub virginea, & miti facie, barbara, atrox, & serina prorsus lateat immanitas. Sub aspernabili vero, & cruenta ninnante vultu, latet quandoq. amabilis, & exosculanda clementia. Quibus vero venusta frons & ridibunda, remidensque, astuant saepe mororibus, ac sibi ipsi putent. Iam quosdam inuenias ita lugubres aspectu, & misero vultu, & fronte obducta, inftar victi Marjæ, vt Saturni mancipia plane videantur. At cum attentari, bone Deus, quam sereno sunt animo, quam facetoso, quanta comitater is omnia resoluunt.

Nimium stupidi de-

§. 3. Vix igitur quisquam sine experientia repellendus est a literis, sed quos constat idoneos non ef-

se, mature relegandos cēscō. Sunt enim ingenia quædam adeo bruta, & inculta, & medium aliquid inter communem hominum naturam, & stultitiam habentia, qualia Thracum, qui non nisi quatuor, aut quinque numerare poterant. Quis enim Margitem, quis pectora Abderitanæ plebis, quæ corpora sine mentibus, etiam si τεικναι δὲ κατὰ τὴν φύσιν sint, literas docere sustineat: Laudat Apollonium Alabandensem Cicero de orat. quod quamuis mercede doceret, non tamen pateretur eos, quos oratores non putabat posse euadere, operam apud se perdere; dimittebatque, & ad alias artes, ad quas idoneos esse existimabat, hortabatur. Eam rationem nostra quoque societas sequitur, eo sincerius, quod cum gratis doceat, precio ad retinendos literis inidoneos non inducitur. Præfetti studiorum inferiorum, hæc nona regula est: Nullum, quoad eius fieri potest, in discipulorum numerum referat, qui non adducatur a parentibus, aliisue, quibus cura sit, aut quem ipse non nouerit; aut de quo facile non possit, ab aliis sibi iam notis edoceri. Neminem vero, eo quod ignobilis sit, aut pauper, excludat.

decorans artes.

Et 25. Si quis nulla ratione ad gradum faciendum videatur idoneus, nullus deprecationi sit locus. Si quis egre quidem aptus, sed tamen propter ætatem, tempus in eadem classe positum, aut aliam rationem promouendus videatur; id ea conditione, nisi quid obstiterit, fiat, vt, si minus suam Magistro probare industriam, ad inferiorem scholam remittatur, nec in Catalogo eius ratio habeatur. Si qui denique ita sint rudes, vt nec eos promouere deceat, nec vllus in propria classe fructus speretur, agatur cum Rectore, vt eorum parentibus, aut curatoribus perhumaniter admonitis, locum non occupent.

Sine profectu nemo scamnum occupet.

Causa cur sic faciendum iudicem, est, quia frustra labor impenditur. Si contuderis stultum in pila, quasi prius, feriente de super pilo, non auferetur ab eo stultitia eius, de moribus non ignoro a Salomone dictum, Prou. 27. 22. nec male tamen, de ingeniorum duritie accipitur.

Ἄν ἀπολέῃς τὰς ἀμους ἕδρας πῶς οὐ δύνασαι ἰδοὺ μένει. Si aquam pinsendo, humeros perdideris, aqua tamē manet. Qui lauat Æthiopem, qui silicem nigrum abluit, aliud non agit, quam vt atror sit conspectior,

Quadam ingenia cultum non accipiunt.

Indocile ingenium si pergas velle docere,

Infelix operam perdes; vt si quis asellum

In campum doceat parentem currere freno:

Qui cum quadrupedum in morem videatur equorum

Tollere posse caput, gressus glomerare superbos;

Hunc tamen aut frenis, aut si calcareibus vrges,

Auriculas demittit inique mentis asellus

In terram, & pedibus posticis calcitrat. ergo

Define, nam nunquam ars naturam vincet; equusque

Nunquam ex degeneret fiet generosus asello,

Et nunquam ex stolido, cordatus fiet in arte.

Natura tarditas nulla sape diligentia vincitur.

Ita poëta magis prudens, quam elegans, nec contra dura ingenia, elegantia opus est.

§. 4. Labor igitur ingens sine villo fructu. Imo vero cum ingenti cruciatu illius, qui tam misere torquetur. Cum Quintilianus proconsul noxium equuleo tenderet, & de pœna cōfessi deliberaret; Polemon adolescens tum stolidus, tum lasciuus, iube, inquit, cum antiquos scriptores ediscere. Hoc maximum tormentum, stupor ab eruditione abalienatus, esse arbitrabatur. Hinc etiam consequitur, vt cum sapientiam non capiant, ocio, & vitii sese dedant; neque fere deteriores sunt, quam quos Academia diu frustra excoluere; Plerumque enim studiorum libertatem, & priuilegia vertunt in viuendi licentiam, plus etiam obsunt studiorum, artiumque existimationi, quam ingeniosi, & industrii prodesse possint. Scientias enim, quas percipere non potuerunt, exofas habent; easque contempnunt, quam assequi non potuisse videri malunt. Itaque & doctos, & doctrinam aspernantur, multoq. se ab ea retrahunt. In hac partem, tota Europa pene video peccari: Et libere as-

Tardis, & perditis cruciatus est, studere.

Studioforum multitudine laborat Europa, p.

Doctrina
nonnihil
promouen-
da.

Infinimus
barbariem
induxit.

Inanis cul-
tus literarū
fugiendus.

Studia val-
de promo-
uenda sunt,
sed studio-
rum est ha-
bendus de-
lectus.

Qui inhone-
sta missione
studio ex-
auctorati
sunt, vix
rebus bonis
idonei.

Optimum
ingenium
optandum,
in bonum fere
optimo me-

tero, ipse amator, & alumnus studiorum, nimis mul-
tos videri esse studiosos. Principemque, & Repub-
licam operam dare oportere, ne eam ob causam forte
auribus accipiat, audiant de re literaria consilia-
rium, nostri saeculi literatissimum. Cum enim libr. 2.
Pol. cap. 17. dixisset: Doctrinam nonnihil promouendam
esse à principe, in notis hac addidit. Iure moneo, nam, vt
Symmachus ait, scimus bonas artes honore nutrire, atque hoc
specimen esse florentis reipublicae, vt disciplinarum professori-
bus, premia opulenta pendantur. Sed tamen voculam, non
nihil de industria addidi: quia vt tollere eas noxium, ita calide
nimis promouere.

Iustinianus τὰς τοπικὰς ἀνέκαθεν ἐν ἐκείνῃ τῇ πό-
λει διδόντες στήσεις τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκαλοῖς, τῶν
λογικῶν τεχνῶν, ὁπσημῶν, ὑποθήκας τὰ ἐπ' αὐτὰ ἐξέκο-
λε. Καὶ ὅτως τῶν ἐν ταῖς πόλεσι διδασκαλῶν ἐσχολασ-
τῶν ἀγένηται τῶν ἐν αὐταῖς κατεχρησθε: antiquitus con-
stitutus in quoque oppido annonas, professoribus bonarum ar-
tium dandas, de consilio Praefecti sui suscipiuit, atque ita frigen-
tibus passim per opida Scholis, rusticis & barbaria occupa-
uit inhabitantes. Mala hac securis, quam Thrax Imperator in-
iecit: sed illi quoque occulte noxii, qui effuse nimis promoue-
runt. Nam otium, & molitiem, nulla re facilius, aut honestius
in animos irrepere, quam via hac literarum, omnino fatendum
est. Atqui robur, & virtus non sunt, vbi illa. Vt catuli ad ve-
mandum inepti, qui saltare & eiusmodi delicias doceri: sic ad
vitalia exercitia parum apti, ciues nimis exculti. Franciscum
regem Primum, & Leonem Decimum, qui auidē litteras ex-
citarunt, in caelum tollimus. Si propositum spectamus, merito;
si finem & successum, ambigo, quia reuera alter Galliam suā,
alter Italiam, cultiorem amenioremque reddidit, sed vna &
molliorem. Quid bone sper reliquum, vbi etiam femina passim
in libris & litteris? atque eo ventum. Mihi Spartani illi probi,
qui γυμνασία μὲν ἔτεκα τῆς γῆρας ἐμάνθανον. ἡ δ' ἀλ-
λὰ παιδεία, πρὸς τὸ ἀρρετὸν καλὸς ἐγένετο, & καρτερεῖν
ποῦντα, & νικᾶν μάχης, οὐ: Litteras ad vsum saltem disci-
bant, reliqua omnis disciplina erat vt pulchre parerent, vt lu-
bores perferrent, vt in pugna vincerent. Et à Principe meo in
suis ciuibus id seruari, suadeam valde. Non nimis, non omnes,
studius se applicant, sed nobilitas tamen maxime: quia patres
valere decet consilio, populo superuacanea est calliditas.

§. 5. Ego quanquam nonnihil à Liptho dissideam,
censeamque; doctrinam omni modo promouendam,
hoc tamen probō, quod delectum studioforum in-
stituit, quodque eruditionem nī recte tractetur ob-
esse plurimum Reipublicae indicet. Errari hac in re
plurimum Scholarum nos conspectus docet. In Aca-
demia quā vix in singulos annos triginta Baccalau-
reos, Vicosos magistros artium, vix in lustrum Me-
dicinae, Iuris, vel Theologiae doctorem producit, mil-
le adolefcentes docentur. Magna pars post Scholas
Grammatices alio flectit animos, affluet ad ocium li-
terarium nec ad opificum tribus, nec ad militiam i-
donei sunt; hinc ocioforum, vagabundorum, musi-
corum, poetastrorum ingens copia, hinc in clerum,
& monasteria prorumpunt perniciosissime indocti.
Nonne praestabat, initio pueros, & cuilibet adhuc ar-
ti habiles, à studiis amoueri, quam post laborum, &
sumptuum impendia, cum dedecore ea deferri: ipsos
magistros, & doctores aspicere partim indoctos, par-
tim bullatos, paucos excellentes. Causa tanti mali,
confusa discipulorum multitudo, in qua quisque quā-
uis ingenio deficiatur, eniti ad eruditionis fastigium
contendit, cum vero plerisque vires deserant, neces-
se est multos in ipsis carceribus, alios in medio, alios
in fine prope ipsam metam concidere.

§. 6. Quantum igitur ingenium requiris in disci-
pulo? Optimum, ac plane diuinum suspicio, quale
fuit in Origene, in Augustino, in Aristotele. Maius in
Didymo fuit, quem cæcum ab ortu scientiarum, & te-
cretiora tentasse excelso animo, & felicissime conse-

cutum tradit Hieronymus. Quodque magis mirere, lius est, me-
diocriter tenuit. Hoc vbi deest, magnum, & bonū rec-
tio mediocriter desidero, si bonum Deus, & natura ne-
gavit. Epicurus tria ingeniorum genera nobis descri-
bit: Seneca Ep. 52. Quosdam ait Epicurus ad veritatem sine
vilius adiutorio contendere, ex iis se fecisse sibi ipsum viam. hos
maxime laudat, quibus ex se impetus fuit, qui se ipsos protule-
runt, quosdam indigere ope aliena, non ituros, si nemo praece-
serit, sed bene secuturos. ex his Methodorum ait esse. Egregium
hoc quoque, sed secunde fortis ingenium. Nos ex illa prima nota
non sumus: bene nobiscum agitur, si in hanc secundam recipi-
mur. Nec hunc quidem contempseris hominem, qui alieno be-
neficio esse saluus potest: & hoc multum est, velle seruari. Præter
hac adhuc inuenies aliud genus hominum, ne ipsum quidem sa-
stidendum, eorum qui cogi ad rectum compellunt, possunt: qui-
bus non ducit tantum opus sit, sed adiutore, & vt ita dicam, co-
actore. Hic tertius color est. Si quis huius exemplar, Hermi-
chum ait Epicurus talem fuisse. Itaq; alteri magis gratulatur,
alterum magis suspicit. Quamuis n. ad eundem finem vterq; per-
uenit: tamen maior est laus, idem efficere in difficiliore mate-
ria. Puta n. duo adificia excitata esse,ambo paria, æque excessa,
æque magnifica: alterum dura arca accepit, illic protinus opus
creauit: alterius fundam. nta lassarunt, in mollem ac fluidam
denissa humum: multumq; laboris exhaustum est, dum perue-
nitur ad solidū. Apparet in altero, quicquid factum est: alterius Laborio-
magna pars & difficilior latet. Quadam ingenia facilia & ex-
pedita: quadam manu (quod auidē) facienda sunt, & in funda-
mentis suis occupanda. Itaq; ego illi feliciorē dixerim, qui nihil felice est.
negotii secū habuit: hunc quidem de se melius meruisse, qui ma-
lignitatem naturæ suæ vicit, & ad sapientiam se non perduxit,
sed extraxit. Hoc durum, & laboriosum ingenium nobis aa-
tum, scias licet, imus per oblaterna. Itaq; pugnemus, aliquorum
inuocemus auxilium.

Cætera recte, id vero infantientis in Epicuro ia-
ctantia fuit, quod & Cicero l. i. de natura Deorum Epicurus
refert, & Gloriabatur se magitrum habuisse nullum. Laborio-
Sed de ingenii agendum. 70.

§. 7. Maxima ingenia, & excellentissima miror, &
timeo, mediocria probō. Moderata indoles, animus
qui cum labore peruenit eo, quo tendit, studiis, &
Reipublicæ vtilissimus est, quia studiis recte vti lo-
probanda. 70.

Maxima ingenia non minus timenda, q̃ miranda
sunt. Nam itacundi plerumque sunt, qui acri ingenio
pollent. Plato l. de scientia: Arduum esse putat, & difficile
inuenire hominē ingeniosū, qui non iracundus sit, & immode-
stus: de naturæ propensione, non vita loquor. Agiles Ingenio-
sunt, docilesque, tenui, & illiutri spiritui viacitate
mouentur, sed vt materia quæ aëreo pingui plena fa-
cile accenditur, totaq; in flammam soluitur, ita ho-
rum quoq; animus talis est, flammam asphalti instar
capit.

Deinde non sunt ingenia illa sine aliqua mixtura
stultitiæ. Seneca ait, Aristoteli nullum magnum inge-
nium sine mixtura dementiae fuisse. lib. de Tranq. animi
Caulam reddit: Non potest grande aliquid & supra ceteros Non mota,
loqui, nisi mota mens. Cum vulgaria & solita contempsit, in-
stinctuque sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid ceci-
nit grandius ore mortali. Non potest sublime quicquam, & in-
arduo positum contingere, quamdiu, apud se est. Defici-
sciat oportet à solito, & efferatur, & mordeat franos, &
rectorem rapiat suum: eoque ferat, quo per se cecidisset ascen-
dere.

§. 8. At quomodo ingeniosus potest esse stultus?
Potest sane, non omnino quidem mente alienatus,
sed tamen in rebus grauissimis aberrans. Cum enim
aliud sit celeri memoria rem condere, primo in-
tuitu apprehendere: Aliud indicare de rebus a-
gendis, non omnia in eodem inuenimus. Disputa-
uit rem Aristoteles Prob. lect. 30. Primo quidem melan-
cholicos esse tradit, qui vel ingenio claruerunt, vel in studiis Phi-
losophiæ, 10.

Ingenii &
eruditionis
secundas
qui tenet,
magnus est.

Laborio-
sum inge-
nium pro-
bandum.

70.

Mediocria
ingeniorum
probanda.

Non mota,
sed erudit.

Ingenio-
melan-
cholicos.

losophiæ,

Magna ingenia heroum morbos annexos habent.

Iosophis, vel in Republica administranda, vel in carmine pangendo, vel in artibus exercendis. Adeo ut virtus atrabilis infestaretur, seu inter heroes de Hercule fertur: hic enim ea ipsa fuisse natura putatur, & morbum comitalem sacrum ab illo, & Herculeum Prisci nominare. Puerorum quoque motio mentis idem hoc explicat, & eruptio vlcum, quae mortem interitum antecedit. Id enim plerisque, atrabile confiluit. Et Lyfandro Lacedaemonio proxime ante obitum genus id vlcum emerfit. Adde Aiaceum, & Bellerophontem, quorum alter penitus ad insaniam prorupit, alter loca persequatur deserta. Unde illud Homeri

Αὐτὰρ ἑπεὶ δὲ οὐτ' ἀπὸ δαίμονος παῖς θεοῖσιν,
ἦτοί οἱ κατὰ δῖον τὸ Ἀλκίον εἶναι ἀλάτο,
ὅν θυμὸν κατὰ δῖον, πᾶτον δὲ θεῶν ὄντα λείπον.

Quin etiam plerisque alios ex heroum ordine morbo eodem laborasse compertum est. Annis vero posterioribus Empedoclem, Socratem, Platonem, & alios complures viros insignes hoc fuisse habitu nouimus, atque etiam partem ordinis poetarum ampliorem. Nam & multos id genus hominum morbi, ob eiusmodi habitum corporis exercent, & aliqui suapte natura in eos ipsos affectus perspicue vergunt: omnes tamen fere, ut dictum iam est, natura huiusmodi extiterunt.

Nimium ingenioli furescentes.

Ergo causam refert in bilem, ὅστις δὲ λίαν πολλὴν, & δεσπὴν, μακροὶ δὲ εὐφροῖς, & ἐξ ἀπαιτίας, & ἐκ τῆς φύσεως, & τῆς ἐπιθυμίας. Quibus valde multa, calidag, bilis inest, maniaci, & ingenioli, & amatorum, & ad iram, cupiditatemque, propensi sunt. Nec aliter Plato Magister Aristotelis, cum eos ait pollere ingenio, qui furore corripi, & concitari solent. Democritus quoque, censuit, ingeniosissimos quosque, furore corripi solitos, quod si accuratius causam cognoscere tibi animus est, Caelium consule lib. 17. var. lect. cap. 5.

Magna ingenia timida, quia nihil mediocre tenent.

His etiam hoc addendum maxima ingenia crebro defultoria esse, volatica, semper in motu, celeriter fastidiri praesentia, quae leuitas, & inconstantia non in disciplinis modo profectum impedit, sed Rempublicam interdum conturbat. Itaque qui ingenioli sunt, ingenti cura ad virtutem, instuantur. Quod si ad Rempublicam veniant, recte conueniet in eos illud: Quod de suo Themistocle dicebat prudens praceptor. Tu fili, nihil mediocre eris, sed vel magnam patriam lumen, vel magna pestis. Itaque ingenium aequabile, constans, bonum, quod labor prouehat, exacuatque quam nimis celere, versatile, acutum, promptum malo. Magnitudo ingenii, si abest virtus, magnos errores gignit.

Praetor sapientia liberorum falso gaudio parentes tollit.

§.9. Denique maxima ingenia solent etiam esse praecocia, at quae talia sunt, breuia sunt, & euania. Hermogenes annorum octodecim, Rhetoricen conscripsit, quae ab omnibus cum admiratione legebatur, magnosque in honore fuit, prodigio praematurae eruditionis, & eloquentiae, sed anno aetatis vicesimo quarto, mente lapsus deridiculo fuit. Iocis etiam exagitat, alii dicebant, recte Homerum verba, λόγος τε εὖ τις vocasse, quod ea velut alas Hermogenes abieciisset. Alii δὲ ἐμμοχρῆντες ἐν αὐτοῖς γέροντες, ἐν γέροντες αἶς. Hermogenes cum inter pueros pueraegetet, senex, cum inter senes senex, puererat. Seneca egregie describit praecoces illos fructus, de cons. ad Marciam cap. 23. Quid tu, Marcia, cum videres senilem in iuvene prudentiam, victorem omnium voluptatum animum, emendatum, carentem vitio, diuitias sine auaritia, honores sine ambitione, voluptates sine luxuria appetentem, diu tibi putabas illum sospitem posse contingere? Quicquid ad summum peruenit, ad exitum properat. Eripit se, aufert, ex oculis perfecta virtus: nec vltimum tempus expectant, quae in primo maturuerunt. Ignis quo clarior fuit, citius extinguitur: viuacior est, qui cum lenta, diffidit, materia commissus, fumos, demersus, ex fido lucret: eadem enim detinet causa, quae maligne alit: sic ingenia quo illustriora, breuiora sunt. Nam ubi incremento locus non est, vicinus occasus est. Fabianus ait, quod nostri quoque parentes videre, puerum Roma fuisse, statuta ingentis viri: sed hic

cito decessit, & moriturum breui nemo non prudens dixit: non poterat enim ad illam aetatem peruenire, quam praeciperat. Ita est indicium imminutis exitus maturitas, & appetit finis, ubi incrementa consumpta sunt.

Quod de corpore fieri cernimus, id de ingenio quoque, quod a corporis constitutione, & temperatura dependet, dicendum esse, multorum detrimenta docuerunt.

CAPVT VIII.

Certa morum Regula Studiosis praescribenda.

§.1. **A**CADEMIAE per Europam optimis legibus, institutisque fundatae, ac munitae sunt, omnibus etiam Gymnasiis particularibus tanquam cuidam Reipublicae parti sua statuta, & regule leguntur. Mihi sane videtur Christiani, ac studiosi adolescentis officium complexa Societas iis legibus quas auditoribus suis praescripsit. Sunt autem hoc ordine descriptae.

REGULA PRIMA.

Qui discendi causa Societatis Iesu Gymnasium frequentant, intelligant, Deo iuuante, non minus curatum iri pro viribus, ut pietate ceterisque virtutibus, quam ut ingenio artibus imbuantur.

Θεὸς οὐ γὰρ, καὶ πᾶν τὰ πρὸς εἰς εὐσέως. Δεῦτε, & ὅμνια φαίεσθαι. Θεὸς φαίεσθαι.

Duplex adeundi Gymnasii finis, primus & optimus: Virtus pietasque, secundarius, eruditio. Merito sane; Literae sine virtute callidum magis faciunt, quam bonum. Onerant, non iuuant Rempublicam. Turpe Seneca iudicabat esse: Venire cum tabellis ad philosophum, ut verba, non res excipiant. Idem esse debet docenti, & discenti finis, idem propositum; Prodesse vult doctor, proficere discipulus, infundere hic virtutem, ille recipere. Sic vero habent regulae communes praceptorum studiorum inferiorum. 1. Adolescentes, qui in Societatis disciplinam traditi sunt, sic Magister instituat, ut vna cum litteris mores, etiam Christianis dignos imprimis hauriant.

Sapientia fundamentum pietatis.

Rationes quibus id consequantur praescribunt regulae sequentes:

1. Feratur autem eius peculiaris intentio, tam in lectionibus, cum se occasio obtulerit, quam extra eas, ad teneras adolescentium mentes obsequio, & amoris Dei, ac virtutum, quibus ei placere oportet, preparandas: sed praecipue ea, quae sequuntur, obseruet.
2. Orationem breuem ante scholae initium dicat aliquis, ad id institutam: quam Praceptor, & Discipuli omnes aperto capite, & flexis genibus attente audient: ante lectionis vero initium, ipse praceptor signo crucis se muniat aperto capite, & incipiat.
3. Missa & concioni curet ut intersint omnes, missa quidem quotidie, concioni vero diebus festis: ad quam praeterea bis saltem singulis hebdomadis eos in quadagesima mittat, aut etiam pro regionis consuetudine ducat.
4. Doctrina Christiana in classibus praesertim Grammaticae, vel etiam in aliis si opus sit, feria sexta, aut sabbatho edificatur, ac memoriter recitetur, nisi forte alicubi, & a nouis discipulis etiam sapienter recitanda videretur.
5. Piam cohortationem, vel doctrinae explicationem feria item sexta, aut sabbatho habeat per semihoram: hortetur autem potissimum ad orandum Deum quotidie, praecipue vero ad coronam B. Virginis, aut officium quotidie recitandum, ad excutiendam conscientiam vesperti, ad sacramenta penitentiae, & Eucharistiae frequenter, ac rite obeunda; ad vitandas noxias consuetudines, ad virtutum detestationem, ad virtutes denique colendas Christiano homine dignas.
6. Priuatis etiam colloquiis eadem ad pietatem pertinentia inculcabit, ita tamen, ut nullum ad religionem nostram videat.

Inuenimus in cruce gloriam, nobis qui saluamur Dei virtus est.

In loco oblatio munda offertur.

Pietas omnibus, certi ordinis cerimoniae nulli suadenda sunt.